Paradoxa

FRATRIS PETRI AVRATI, DOCTORIS THEOLOGI, ordinis prædicatorii, ad profligandas hæreſes, ex Diui Pauli apoſtoli epiſtolis ſelecta, ineluctabilibuſque ſanctorum patrum firmata teſtimoniis.

Adiectus eſt in calce, Index locopletiſſimus, concionatoribus uerbi diuini apprimè utilis, quo uidelicet ex euangeliis quadrageſimæ & paradoxis, ſingulas hæreſes refellant.

Non poſſumus aliquid aduerſus ueritatem, ſed pro ueritate. 2.Cor.13.

PARISIIS.
Apud Ioannem de Broully, in Clauſo Brunello, ſub interſignio D. Genoueſæ.
1543.
Cum priuilegio.

R. D. D. Fran-
cisco Cardina-
li a Turnone F. Pe-
trus Auratus S. D.

EST in archanis ſacrarum li-
terarum monimẽtis (R. P.) 1. Eſd. 2.
filios Iſrael è Babilonicæ ca
ptiuitatis fornace, multis
exantlatis ſudoribus, tandẽ
in natale ſolum, diuini nu-
minis ope regreſſos, Hieroſolymam uelut
quodam poſtliminii iure recepiſſe, illiuſq; 2. Eſd. 4.
ſolo adæquata mœnia, adeò repugnantibus
impiis inſtauraſſe, ut lanceis, arcubus & gla-
diis, undique ſtipati operarii, una manu fa-
cerent opus, altera ſtrictum gladium præten
derent. Quod ꝑ terrena illa, craſſa & umbra
tili ciuitate reſarcienda, maiores noſtri prę- Apoc. 3.
ſtarunt, hoc pro noua Hieruſalẽ, matre inq̃ galat. 4.
noſtra, quæ eſt eccleſia Dei, lapidibus uiuis 1. Tim. 3.
extruẽda, inclitis illis heroibꝰ & Ieſu Chriſti 1. Pet. 2.
militibꝰ apoſtolis faciendũ fuit. Quis enim Ephes. 2.
neſcit, quot chriſtiani nõis oſores, hoſteſq;

Paradoxa F.

PETRI AVRATI DOCTORIS THEOLOGI ORDInis prædicatorii, ad omnes ferè hæreſes profligandas, ſelecta ex Epiſtolis D. Pauli apoſtoli.

A

Paradoxon primum.

Abſoluit Sacerdos uerè pœnitentem à peccatis, hac forma, Ego te abſoluo, & c. Abſolutio.

ADVERSVS Nouatianorum hereſim & Vuicleuiſtas ac Lutheranos, reliquos quoque eiuſdem claſſis, qui ueluti ſecurim ad radicem ponentes, à ſacerdote omnem auferunt abſoluendi & remittendi peccata poteſtatem, quò ſic facilius à ſacramenti perceptione, tanquam inutili, homines abſtrahant. Ex Pauli promptuariis (quem Hieronimus uas legis & ſcri